Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



signis ac virtutibus magnifice innotuerat:
post uero gentem sarracenorum cui epus fuerat
factus. ad fidem xpi conuertit. vi Idus Febru-
Apud armeniam minorem: arij. 8. Februarij.
natale sanctorum dionisij: emiliani: et
sebastiani. Eodem die alexandrie: sancte coyn-
te virginis et martiris. Hanc pagani correp-
tam ad ydola perducentes: adorare cogebant.
Quod cum illa execraretur. vincula pedibus
eius innectentes. et per plateas tocius ciuitatis
trahentes: horrendo supplicio discerpserunt.
Ciuitate corduba: salomonis martiris. Ro-
me. pauli epi: lucij et ciriaci. v Idus Febru-
Apud alexandriam. sancte appollo arij. 9. Feb.
nie virginis: cuius persecutores omnes
primum dentes excusserunt. deinde cum minarē-
tur viuam se eam incensuros. nisi cum eis im-
pia verba pferret: paululum quid intra semet
ipsam deliberans. repente se de manibus im-
piorum proruperit: et in ignem quem paraue-
rant prosilyt. Sueuo apud cyprum: sancti a-
mmonis et alexandri. Fontenelle monasterio:
sancti auspti archiepi rothomagensis et con-
* Rome fessoris. iiii ydus Februarij
natale sanctorum martirum zotij: 10. Feb.
hyrenei: amancij: et iacincti. In oriente. scte
sotheris virginis: que grauiter et diutissime
alapis cesa. cum cetera quoque penarum ge-
nera vicisset: gladio martirium consumauit.

* Primo legitur S. Scholastica, ut infra.